ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 54r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

illam sententiam salomonis qua dicit. Abhominatio
ē dño pondus duplex. et statera dolosa non est bo
na in conspectu eius. Hoc etiam modo. reatum dolo-
si ponderis duplicisq; mensure euidenter incurrimus.
si districtiora quecda que priuatim pnrā cellu-
las exercere consueuimus. humane laudis cupi
ditate coram fribus ostentemus. abstinentiores seculi
et sanctiores apparere affectantes. humano
conspectui. quam diuino. Qui morbus precipue
non modo uitandus. uerum etiam abhominandus
est a nobis. Sed interim a questione proposita
paulo longius euagati. ad eande a qua discessimus
reuertamur. XXIIII.

GITVR predictorum ita est custodienda sollemp
nitas. ut corporis atq; animę cultui prosit ma
gis remissio indulta quam noceat. quia nec illius
festiuitatis gaudium aculeos carnis obtundere.
nec immittis illic aduersarius dierum nouitate reue mitigari.
rentur. Vt ergo et diebus festis statuta consuetudinis
sollempnitas conseruetur. et saluberrimum parsimonie
modus minime transcendatur. sufficiat ut indulgen
tiam remissionis eo usq; progredi paciamur. ut
cibus qui hora diei nona fuerat capiendus.
paulo citius id ē sexta hora pfestiuitate tēpo-
ris capiatur. ea ratione dum taxat. ut escarum solitum
modus. et qualitas non mutetur. ne puritas corporis
et integritas mentis. abstinentia quadragesime dili
gentius adquisita. quinquagesime remissione de
pereat. nihilq; nobis prosit abstinuisse ieiunius.
qd mox amittere cogat incauta satietas. pserim
cum etiam hostis nri non ignota uersutia. tunc pre
cipue munitionem nre puritatis inpugnet. cum ei